

78N12C102J

X3011701

CONSTANTIA
 VIRTVS THEOLOGI
 CVM TESSERA
 DVM VIVAM ERO LVTHERANVS
 EXEMPLO
 VIRI

SVMME REVERENDI, AMPLISSIMI
 ATQVE DOCTISSIMI DOMINI

DOMINI
 M. THEODORI
 CRÜGERI

PASTORIS PRIMARI ECCLESIAE KIRCHHAYNENSIS
 MERITISSIMI SCHOLARVM^{QVE} IBIDEM INSPECTORIS
 LONGE GRAVISSIMI, PATRONI SVI AETERNVM

DEVENERANDI
 QVVM ISTE AD

ALMAM LEVCOREAM

PRO LICENTIA

SVMOS CONSEQVENDI IN THEOLOGICIS HONORES
 ABITVM PARARET

GRATVLATORIO CARMINE SAPPHICO

QVOAD LICVIT DECANTATA

A

CRÜGERIANI NOMINIS

INDEFESSO CVLTORE ET CLIENTE OBSERVANTISSIMO

M. IOANNE DAVID PECK

SCHOLAE KIRCHHAYNENSIS H. T. RECTORE. ANNO O. R. M DCC XXIX.



WITTENBERGAE, LITERIS GERDESIAE, VIDVAE.

Kapsel 78N12 [102] A





* * * * *
* * *

Laudibus tollant alii decoris
Dona Praeconum simul atque dotes,
Quae nitent pulchre pia quum lo-
quuntur

Verba JEHOVAE:

Prædicent metris ea vota doctis,
Quæ fluunt labris sua quum ministrant
Munera et clamant: Miserere nostri

Conditor alme!

Evehant sanctum studium et laborem,
Quo Dei servus sine fine tentat
Arduum Textus Biblici videre

Nocte dieque:

Nunc ego tantum celebrare conor
In fide stantem solidam loquelam,
Ore quam profert vigilans Minister

Pectore toto,

Iste quæsitus minime negabit
Agnitum cultum Fideique normam,
Sed palam præsens animi fatetur

Dogmata Christi.

Inter hos stantes Dominus CRÜGERVS
Doctus et firmus merito locandus:
Nam fide et facto pia confitetur

Gesta LVTHERI.

Hocce : DVM VIVENS ERO LVITER* inquit
Indicat quantus Fidei sit ardor
Quamque sincere colat ISTE veram

Relligionem.

Inde non mirum placide quod addat
LEVCORIS Nutrix nitidos honores,
Rostra LVTHERI dare non recusent

Docta brabea.

Esto nunc Doctor sapiens CRÜGERE
Artis excelsæ : Pia namque mandat
Cura Magnorum iubet et Caterva

Docta Sionis.

* Hic quoad Literas initiales digitus intenditur ad celeberrimi
Theologi nomen : DOCTOR VALENTINVS ERNESTVS
LOESCHERVS.

Grator ob tantum pretium Minervæ,
Numen ex alto benedicat usque
Muneri sacro vigeasque Doctor

Secula multa!

Interim crebris precibus precabor
Numen æternum iubeat finatque
Esse TE sanum SOCERVMQVE magnum

Omne fausto.

Sic eris constans faciesque promte
Ἐργῶν excelsi Patris atque Gnati,
Qui regat cunctos Fidei Ministros

Flamine sancto.



78N12[102] X30/1701

CONSTANTIA
VIRTVS THEOLOGI
CVM TESSERA
DVM VIVAM ERO LVTHERANVS
EXEMPLO
VIRI

SVMME REVER
ATQVE DOC

DOM
M. THE
CRÜ

PASTORIS PRIMARI ECC
MERITISSIMI SCHOLARVM
LONGE GRAVISSIMI, PA
DEVENE
QVVM IS


ALMAM LE

PRO LIC

SVMOS CONSEQVENDI IN
ABITVM PA
GRATVLATORIO CAR
QVOAD LICVIT
A

CRÜGERIAN

INDEFESSO CVLTORE ET CLIENTE OBSERVANTISSIMO
M. IOANNE DAVID PECK
SCHOLAE KIRCHHAYNENSIS H. T. RECTORE. ANNO O. R. M DCC XXIX.



SSIMI
INI
ORI
I
AYNENSIS
CTORIS
VM
IA
NORES
NIS



WITTENBERGAE, LITERIS GERDESIAE, VIDVAE.

Kapsel 78N12 [102] AK